Fragm. 11

... abstraxisti ab infe- ris ani-
mam me- am saluasti me
a descendentibus
in la- cum. S. Johm

In illo tempore. Facta sunt encenia
in iherosolimis: et hyemps erat. Et
ambulabat ihc in templo: in porticu
salomonis. Circumdederunt ergo eum
iudei et dixerunt ei. Quousque animam
nostram tollis: Si tu es xpc: dic nobis
palam. Respondit eis ihc. Loquor vo
bis: et non creditis. Opera que ego fa
cio in nomine patris mei: hec testimo
nium perhibent de me. Sed uos non
creditis: quia non estis ex ouibus meis.
Oues mee uocem meam audiunt: et e
go agnosco eas. et secuntur me. Et
ego uitam eternam do eis: et non peribunt
in eternum et non rapiet eas quisquam
de manu mea. Pater meus quod dedit
michi maius omnibus est: et ne
mo potest rapere de manu patris
mei. Ego et pater unum sumus.
Sustulerunt lapides iudei: ut la
pidarent eum. Respondit eis ihc. Mul
ta bona opera ostendi uobis: a patre
meo: propter quod eorum opus me la
pidatis: Responderunt ergo iudei.
De bono opere non lapidamus te: sed
de blasphemia. et quia tu homo
cum sis. facis teipsum deum. Respondit
eis ihc. Nonne scriptum est in lege
uestra. quia ego dixi dii estis: Si illos
dixit deos ad quos sermo dei fac
tus est et non potest solui scriptura:
quem pater sanctificauit et misit
in mundum. uos dicitis quia blas
phemas quia dixi filius dei sum:
Si non facio opera patris mei: nolite
credere michi. Si autem facio: et
si michi non uultis credere operibus cre
dite: ut cognoscatis et credatis
quia in me est pater. et ego in patre.

Off. Eripe me de ini- mi- cis
me- is de- us me- us
et ab insurgen- tibus in
me libera me do- mine.

Annue misericors Secreta deus ut hostias placationis et
laudis sincero tibi deferamus
obsequio. Per. Co. Lavabo inter
innocentes manus me- as et circu
bo altare tu- um domi- ne ut
au- diam uocem laudis tu- e et e
narrem uniuersa mirabilia tu- a.

http://dl.ub.uni-freiburg.de/diglit/fragm11/0001
© Universitätsbibliothek Freiburg
gefördert durch Baden-Württemberg